

Phis.

Denique *Humilis & excessiva*, ut vidimus, notatur Luna. Humilis, dum eget; excessiva, dum orbem implet: sed enim quò plus luminis humilis accipit; eò magis ab illuminatore beneficio retrocedit. Hac symbolum indocti scituli balatronis, & exemplar insipientis: quoniam quidem sciens se nescire, & pro certo cogitans ista alios latere; pauper algens accedit ad lumen intelligentiæ, ut communicet aliquantulum lucis titienti facula. Nanciscitur, cursum aggreditur, sed averfis cornibus à Sole, ubi gaudet plena luce: atque humilis qui ad tantillum lucis hiabat, largitore ferè mutatis radijs eclipsat. Tantò itaque superbior, atque ad serviendum remissior, quisque illiteratus apparet ex munere collato, quantò se obligatorem esse conspiciet in reddendo beneficio. Ergo circumspici sint sapientiæ Solis æmuli in communicatione luminum: quippequam pauper & inops minimè nomen laudabant. Fas non est, quòd laboribus Solis splendidi lateant, imò splendeant defectus Luna; ut cursum quem Sol in anno, illa perficiat in mense. Pauper literis semper ut Luna suspectus, & etiam suspecta literæ, vel cum ope.

Luna vestim. eum dist. si. ille. Plurat.

Genius scitulum.

Ecclesi. ubi supr.

Iuven.

Quam scitum ad placitum?

Arriat fabella Cleobuli apud Plutarchum in *Convivio. Sept. Sapient.* Luna a matre Latona effugitavit, sibi texere picturæ congruentem tunniculam: sed illa abdidit; ne tristitiâ afficeret gnatum. Luna contendit: heul melleo contritæ sidera vultu: cui mater, filia mi, dixit, qua ratione possim excogita, cum modò plenam, lucidam, obesam; modò gracilem, senescentem, extenuatam crebro videam. Genius scitulum & ingenium describuntur: difficile illis ornatus eruditionis aptatur.

Senatus in sapientia manet ut Sol, Nam *stultus sicut Luna mutatur.* Observa causalem, Nam. Levitatem, vel firmitatem doctrinæ in sententijs Doctorum vel re, vel nomine luminaria signant. Iam enim patet scientia ad placitum pro varietate exponendum.

Quæquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli. Et quando uberior vitorum copia? Quando Maior auaritiâ patuit sinna? Alea quando Hos animos, &c.

Ita Iuvenal. *Satyr.* 1. v. 85. Haud aliter ubi ens recidendum, accommodantur tonentia & farragines opinionum. At quid inde? Multa mala. Quando uberior vitorum copia? Gravi barba dicunt modò, Bene: faxo, Nqm: quippe, turpis lucri gratiâ sententia displicuit: unde omni vento lubidinis penniculum

doctrinæ deservit. Dicere iure possumus, quod M. Valer. Martial. *lib. 1. Epigram. 77.* *At circum pulpita nostra* *Et steriles cathebras basia sola crepant.* *Basia*: idest inanes laudes. Ita Domit. Calderin. & Ramir. de Prado hic. *Basia crepant*, quippe placita Doctorum deperditi osculantur, manibus ad os admotis; quod Iobus delectatur *cap. 31. v. 27.* Illa licet rationi dissona laudent omnes, mirantur, adorant: & oracula Beelzebub manibus sublevantur, quoniam morum corruptelam amplectuntur. Secus sapiens. Instar Solis semper idem, licet nabilo tempore. Nunquam dicit malum bonum, nec bonum malum. Ubique rationale speculum. Iudicium ut Sol à sapientè præferatur, dum idiota gloriosus sicut Luna mutatur. Videtur igitur pannosa eruditio, & peregrinum opus eius ad eo.

Complevit per fecit ut legit Pagninus *Dent opus suum, quod fecerat*: dicit Moyses, Ideo perfectum, quia opus proprium: evanescit perfectio, excluso factò: siquidem non entis non sunt passiones. Non fecit Deus omnia quæ tacere valuit, sed quæ voluit. In lumine offendimus. Observa: *Multa inisse Vates facer fecisti tu Domine mirabilia tua.* Ad quid ergo tu, & tua, si feci? Quia plerique nomen operis assumunt, sed opus minimè faciunt: excidimusque, dum incipiunt in nobis multum valere non nostra; licet imperiti desides arbitrentur mirabilia. Nitebant dotes, ridendum mimica artes: & quantumvis coruscant ascititio splendore; iure apparebant plenitudine vacua.

Ut caderet sub manu hostili gibus exercitus Madian, tot annis stentus in belli Israël, gladio ipso, quo arrogant cervicibus minas iactabat, & cadis horrorem per septem annos etiam inermibus incutiebatur (O Israël! quid ultra Deus potuit facere?)

Nonium dilectè Deo, cui fundit ab antris Solus armatas hyemes, revolvatque tela Vertis in auctores, & turbine repulit basias! Dicam ex Claud. in *Paneg. de 3. Conf. Honor.* v. 96.) trecentis viris Præfectus divinitus Gedeon dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Antitheton congruit exquirere, quod quidem ad oculum patet. Acciperunt lagenas cum lampadibus, quæ intus aspergebantur fulgore: quæ igitur intelligentiâ luminibus plena, concipientur lagenæ funditis vâtes? Haud acivè: per lagenam (vas testum) intelligitur homo, qui opus figuli contummat: ex limo: per lampadem sapientia, quæ lux mundi, concursus rationalis dignitatis. Micant lampades, illustrantur lagenæ: quæ quidem dicuntur

Mart.

Eccl. 47. 7. No desorat, sed quumbras.

Genes. 2. 2.

Psal. 139. 6. Minimè indicantur mirabilia, non nostra.

Claud.

Iudic. 7. 16.

Lumen vacuum, si non proprium.

Eccl. 47. 7. No desorat, sed quumbras.

Isai. 9. 10.

Tenebras infortantes lumine palpant.

Lumen horrib. crepitus est.

cuntur & plenz, & merito vacua; quia licet fulsissent splendore lampadam, lumen profectò coruscabat ascititium.

Peripicius proferam. Lumen non inherebat, sed adharebat tantum lagenis, ut superficialis introrsus rigeret radijs. Quia coruscet lumine proprio, Sol dicitur *Vas admirabile*: erit igitur alieno lumine vas vel splendendum vile: cum minimè renideat, sed evanescat homo, ubi fulxerit in vanum cum igne alieno. Lucet homo radijs proprijs, & devolutatur peregrinis: quare dum rutilare fatagunt, splendoris dedecore confunduntur: quandoquidem mutatis luminibus plena, apparent & vasa vacua, semotoque splendore, in tenebris ambulat, ac cacorum instar, quasi manu attractant. Dialecto Hispana: *Se quedan à obscuras.*

Hæcine claritas stultorum. *Expectavimus lucem, & ecce tenebrae.* Quare? *Impetimus in meridie quasi in tenebris.* Quòd omnino capis stultus in caligine, non mirum: quòd offendant ipso lumine, novum. Haud cervicose respicent, quanvis manibus palpent, accessisse dedecore: unde & anxie rimabantur splendorem: cum ita infatuata aliena luce procedant; ut in meridiana luce acceptah, vel caput impingant: & coram omnibus expectantibus lucem, apparent tenebræ; & lagenæ mentis & plensissima, & vacua. Quomodo reputati suat in vasa testea? Cultu elegantia literarum induitur repumicata stultitia: & quantumvis ascititio lumine plenum, cerebrum horum introspicitur vacuum.

Plerunque sanè prurigo huiusmodi fucosæ larvæ gloriolæ, solium contrahit in vacuitate cerebri. Pendere: mutuo lumine traduntur cum lampadibus vacuæ lagenæ, & similiter buccinæ. Tubæ ad crepitum, & lampades ad allucinationem destinantur. Haud hostes cederent, nisi allucinati lumen contpicerent: siquidem meditantur in sonitu tubæ, in strepitu fractæ lagenæ, nihil inesse viderent præter ventum buccis percussam, & famæ crepitum. Ufvenit aliquando isthoc stratagemata vasis fractis inanibus literarum, & stirpescit buccis similibus, industria fatuorum: quandoquidem non intelligentes, non scientiam, sed artem sub lagenâ latere; ut videantur & abdita percipisse (qua nec citharâ, nec buccinâ intelligunt) buccarum tubâ super sidera tollunt: ac quasi prodigium multis, & fascinatis oculis plaudunt Davus, ex his ænigmatibus, quæ extricavit Oedipus, fulgente mendico facultatis propriæ, & delectæ professionis; lumine, & tuba sequentibus Solem & famam sapientis.

Observa demùm quam pestem immiserit Dominus in Madianitas, prout prævaluit iudiosa sagacitas. Sapientes & regna confurmant, & scditiones leniter placant. Quid ergo hoc articulo tum peronantibus, tum splendentibus militibus accidit? Caltra confunduntur; & mutua cæde, ubi fulgebant, qui circumspiciunt, truncantur. Nihil efficacius in cladem regni, quam scituli buccinantes, & alieno fulgore: tubicines sunt, & non sapientes: aptè per buccinam signatur lagenarum eruditio; dum scientiâ à levi rapitur vento. Quid mirum? Trecentis vitis dedit lampades Gedeon: & dicuntur habere lagenulas vacuas; siquidem (adhuc ut virgines fatuæ) non acciperant lampades suas.

Optimè se mihi offert duplex descensus Moyis tabulas legis, & iugum rationis portantis ad populum vecordem, & dura cervicis. Primò descendit cum lapideis legibus, haud detoloribus cordibus; quæ percitus virtuli adoratione, alluit & confregit in caute. Appositè quidem: minus populus peccasset, dum lex non esset. Ad quid legum præscriptio ratione recta, si propalam deficit observantia? Non erunt, ut opinor, leges, sed retia. Ex lapide sapphirino scætas tabulas autumant Hebræi, teste Lyrano in *Exod. 24. 12.* De lapidibus (si asserant) rideo: de canonibus censo: igitur quilibet horum perscriptus habendus purissimi, uti lapis pretiosus. Nec mireris: quodcumque mandatorum est cæli porta: iccirco dicitur: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Margaritæ sunt per singulas, & singulæ portæ ex singulis margaritis: quapropter intimè observandum, & diligendum præceptum, super aurum & topazion.

Rabini more suo nugantes, quos refutat Abulensis in loco cit. ex analictis aslerum (uti ex sapphiro astimabilius) altruunt Moyfen concelsisse fortunas. De illis facile crederem, minimè tamen de tanto viro, qui dedecori foret, de fracta lege divitem fieri: dum illis proclive, exquirere avitas opes; etiam rumpantur usquequaque leges.

Atendit secundò ad Dominum Moyfes cum ascribis à se præcis, ut patet *Exod. 34. 1.* & descendit lapidibus signatis rutila facie, timentibus vel lenioribus proprijs accedere. Fige lector pedem, priusquam ampliora videamus. Radijs ad illos accedentem fugiunt. Plaudunt? Nequaquam. Principes populi erant. Splendorem ambiunt, sed merita non exquirunt: & dum alius eminet, etiam Aaron frater fugit. Velamen ponat quisquis dotum iubarî splendens, super rutilam faciem; ut æmuli, vel etiam fratres appiant. O cala-

Pessis est scitulum stultorum.

Homo buis, mox la gens, spedi ve plena & luc vacua.

Exod. 32. 1. 2. Leges, quæ non implentur expungantur.

Lyrano.

Stogul carnis, somnolentia, rura, Maad, 13. 27.

Abulc. dicitur legitur factum.

Exod. 34. 30.

Timor te bifurca mulier.

mitas crebra sapientum in conversatione necessaria imperitorum ! Heu ! Proccedet sapiens sepulta & velata facie, ut illi stultè progrediuntur aperta fronte : Proccedet : & non alia causa ; nisi quia non habet, cur faciem abscondat. Dicit contentio eiusdem generis Corica. Quæ non arrodit tabifica invidia : Qualis est ? Ovid. lib. 2. met. fab. 12.

Imag. invidiæ.

Ovid.

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto, Nusquam recia acies : livent rubigine dentes. Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno, Risus absit, &c.

Alapid. Num. 26. 2.

Eti carpitur iwidus carpit.

Moyhis gloria usque ad mortem permanfit, ut ait Alapide in Exod. 34. v. 29. At Core, Dathan, atque Abiron Surrexerunt contra Moysem. Cavant, ne tollat velamen. Quid etiam arrogantia respondet : adverfa (quia carpit, & carpitur una) manet cognitio : verum si pravalet amulatio ; cõto perdit ininitentur ut sepeant ; licet omnibus splendidiorem agnoscant. Hoc est factum : sed perferarari libet, cur Moyfes secum tabulas portans primo non splendet, & secundo adventu ita iubari fulget ? Astruam.

Exod. 34. 29.

Legillator debet esse insignis auctoritatis

10 Primò legem licet attulit, non tulit, imò confregit : secundo, populo splendentes promulgavit. Legislator factus proponitur fulgidus, ut legem accipiat capitolus & rebellis populus. Politica fanè de celo descendens, quam sequi nolunt insatiati homines. Lex perfringit : et illex vel invita Minerva colla subiecit ; non qualis qualis homo constitutus dator legis, sed eximij splendoris, & probatæ auctoritatis.

Concidit vultus per frahoris, coram lo-ge con-stituit.

Legem Moyfes figit, qua calcitronum indolem coërceret. Congruit igitur, quod coruscans insinuat, ut populus adamusim præcepta compleat : siquidem opinio imponentis plurimum legibus confert, ut subditus plurimi canones æstimet : scientibus maximè, quod nisi exactè observent apices leges ; non poterunt ulterò intendere in faciem legislatoris. Lege superioris casà, erubescit legitrûpa.

Primus Princeps ad legē accedat.

Deinde : Lumen quod primam amiserat, postea cum alijs tabulis, & iisdem inilitutis restaurat. Illocut lex projicitur ab illo, & miserè frangitur ; modò leges tabularum amplexantur : & nullatenus apud populum radijs illustratur auctoritas, qui quidem videre poterat tabulas ex abrupto contrafractas : igitur perperam populus obedit, quàm princeps circumspicte primus instituta frangit : inviteque ut leges leges notantur ; si a legislatoribus coram populo iura lata pro voluntate franguntur.

Alapid.

11 Ceterò : Asseres sapphirina scriptæ significant Tabulas cordis rationalis, ut ait Alapid. in Exod. 31. 18. ex D. Paul. 2. Cor. 3.

3. Prædicatorem, Greg. Magn. in Pass. c. 30 cap. 5. Canonisiam, Rutil. Benzonijs in Strom. lib. 3. Modo ad rem : prius descendit Moyfes de monte, sed sine luce : post verò ita rigens copioso iubari ; ut filij Israël in faciem eius nequirent intendere. Cur ergo ? Quia etfi literæ insunt, sine subiecti splendore sepulta iacent : unde licet scriptum, reputatur saxum. Petitio principij est. In promptu ratio. Literæ priorum tabularum sculptæ erant Digito Dei. Canones verò in novissimis asseribus Scripsit Moyfes. Sic Aug. hic quæst. 116. & Cyprian. Tract. de Spiritu Sancto. Quo usque ipse decreta scripserat, etfi sapiens omninò non fuisset : scriptis, & inde splenduit : siquidem nec Theologo, nec Concionatori decorum, estò coruscet studium ; ut in coram Cathedralis, & suggestis, fulgeant gannientes alienis scriptis.

Gregori. Mag. Bèzon. Clem. Alex. Nemo fulgit alienis splendore bur.

Exod. 31. 18. & c. 34. 28. August. Cyp.

Propadium notent. Referunt Rabbinij characteres aureos, quibus signatum in prioribus asseribus divinum oraculum, non inhasis se, sed adhasis se tabulis, quasi literarum formulæ non essent incisæ, sed tantum, ad speciem exarata. Quapropter dum descendit ad populum vitulum adorantem, elementorum signa avolaverunt in montem. Galatinum vide. Hæc fabula scitula, & Milefia est : ceterum ad propositum Didascalæ non importuna. Illuminantur plerique tanquam radijs, alienosudore, & micant aliorum lucubrationibus, mutata luce. Si aliquatenus ad ima descendunt, literæ vento feruntur : & qui sublimes iudicabantur exotica gloria ; remanent nani tanquam tabula rasa. Inane enim illorum appareret studium ; quia in tabulis intellectus nihil pictum. Non literæ informantes sunt, sed lapidibus adherentes, larva doctorum, mimesis sapientum, bractæ literarum, lagenæ vacuæ, literæ pietæ : atque dum stulti ora vasa pensi tenent ; in scæna versatili sapientes vident : siquidem in captantibus crepitaculis auram (tanquam in tabulis Moyfes) notant, nec vel unam remansisse literulam.

Ovid. Et Eratm.

Struui lignu loquax.

12 Debent quidem Principes Erisichthonis instar in silva Minervæ succidere truncos. Ut quid enim occupant terram ? Pullulant indulgentia in viridario sapientum, quasi in silva lignorum. Securi & alicia Erisichthon deiecit stipites, unde loquebantur de celo sapientes. Ovid. Met. lib. 8. fabul. 11. & Erasm. in Cbittad. vide. Nonne mirabile signum loqui ? Nonne inauditum, quòd bos convertatur in Cherubim ? Quod absina Baalam voce rationalium personet ? Certè novum, sed in lignis iudicium, cum videantur homines quasi arbores, & arbores quasi homi-

mines : quos meritò, quanvis vulgus ut oracula audit, prudens Erisichthon securi protegit : minime quia loquebantur trunci incapaces ; sed quia oracula loquebantur in illis. Itaque hoc igitur oraculo rectè infertur vel nullus, vel dæmon. Unde ergò oritur fastus ?

Ad. 9. 21. Quid Saulus & Paulus

Passus ex litera, ra.

Sæpe gloriosus il- literatus.

1. Tim. 3. 13.

Qua plauditur ab illo ut scientia, est ignorantis.

Clem. Alex.

Homo ta bulæ Dei,

13 Saulus, qui & Paulus magnus prædicator, dicit Ecclesiæ de Doctore Gentium (ut instruantur hac formâ Concionatores, & magni fiant, ac sapienter insignes) colligens testimonium ex Actis Apost. 9. 22. Cur igitur magnus plauditur prædicator Paulus, qui fuerat Saulus ? Quo pacto ut insignis fiat, hac memoriâ Concionator manet instructus : Saulus superbus dicitur, Paulus humilis, & parvus. ait August. in Psalm. 72. Magister Sentent. in cap. 1. Epist. ad Rom. & Benzoni. in Specul. p. 1. q. 2. Discrimen inest penes literarum unicam : & Ecclesiæ doctrix Concionatoribus exponit Concionatoris memoriâ ; ut fastosi non librentur, nec scientiâ futili sibi blandiantur : igitur status lachrymabiliter propudiosus ; cum ex una duntaxat litera concipitur tantus fastus. Cecidit, surrexit, & in cælesti doctus cognovit, literam tantum habere, unde superbitur : atque officium delirantis, vesanæque mentis ; verè doctos persequi, & spirare minis. Ignorans feci, penitens dixit. Ignorans, qui certatim ut coram Principibus videretur sapiens, in lege prominens, proficibat supra multos coartatos facultatum, & emulatos exilites paternarum traditionum ? Ignorans : transijt igitur Paulus ad meliorem mentem, & sese iurè & literis introspectit ignorantem : atque concepto vero lumine (radiante veritatis splendore) miratur ita literis ineptisse ; ut ex parva tantilla literula in phantasiâ læsâ prodiret tanta arrogantia : cum nequaquam informaret lumen sapientiæ rutilum ; sed literarum molefissimum spleniam. O quantum est in rebus inane ! Qui stat, videat ne cadat : crebrè infuvenit, dum pondas gloriæ sustinetur felle.

DIDASCALIA VI.

Formatio hominis optus singularare Dei.

1 Dicit iurè Clemens Alexand. Strom. lib. 5. Domini est assumptio nostra, & mirabilis structura. A magno non nisi magnum. Quis magnus, nisi homo ? Qui fecit, maximus. Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. Mirum & spectabile opificium ! Innoscit ex opere. Deum auctorem imposuisse manum. Hoc aliàs.

Hic est homo, quem homo generat ; sed Deus format. Femina enititur, a ratione verò veniatur.

Dionys. Lat.

Sic format lingua factum, quem protulit urfa, Nec catulus partuque redijt illa recenti, Sed malè viræ caro, lambendo mater in artus Fingit ; & in farman, quantum caput ipsa reducit. Aliter homo non est homo, sed parentes luti, & terræ animalis gnati. Secundum hoc (ait Siracus) ante faciem hominis similitudo hominis. Appositè : igitur in hominis rationali fabrica non magni habetur figura, sed forma : pudendumque, &quirere hominem & incidere in hominis turpem imaginem. Sine instrumentis rationalis nihil rationale, quia glotia eius omnis ab intus ; & dum ab homine gignitur ineptus homo, impos rationalitatis ; dicitur tantum similitudo hominis : quia homo duntaxat hominis habitu ornatus, erit tantum homo pius. Ante faciem hominis homo, non similitudo : natura rationalis, non verò species rationis : atque potius plerique sequuntur speciem, quam naturam ; quia Nabuchodonosor instar, tendunt in bestiam.

Eccli. 34. 31.

Homo stupidius non est homo.

2 Nemo natus est : ut ait Ioseph. Præconium Proregis Aegypti extat ab eodem Pannegyrista. Sed quare ? Qui natus est homo, subdit. Oppositum mirabilis videretur : igitur irregulare, quod ex hominibus non homo gignatur. Secus nemo natus est, in hoc igitur nati sumus ; non ut homines simus, ut homines enim nascimur. Quam ob rem Iosephi singularis pervagata laudatio, quòd natus sit homo ?

Eccli. 49. 17.

Homo dum nascitur, ratione caret, à doctum pretiositate pro tempore miser excidit : ideo infans & ligatus pendet ex aliena cura, cum maneat sicut muta animalia, aptè vinculus vinclis fasciarum, & impos verborum : quippe decorum rationalium legi, ut fine ratione os nequeat aperire, nec exolvi. Os habent & non loquentur : ex loquela homo cum ratione dignoscitur : & dum in homine sepellitur ratio ; erit hominis effigies, sed non homo.

Homo sine ratione inveniatur infans & striatulus.

Dum lucret ratio, verè in lucem homo proditur ; quia nativitas hominum perperam computatur à tempore ; optimè colligitur ab intelligentia Sole : & de Iosepho dicitur, hominem esse in die natiuitatis ; quia ab incunabulis apparuit insignis probitatis species. Priusquam intuentum maximum lectori exponamus, occurrit obiter mirabilis sensus.

Non abstate supponatur atque hominis.

3 Figura Sponsi Deiparæ fuit Iosephus. Analogiam videas apud Bernard. Homil. 2. super Missam est. Igitur nota : Ioseph, qui natus est homo ; homo ut dixi, nascitur, dum

Bernard

Præco-
niti lo-
sephi
Virginis
Sponsi.

ratio rutilans oritur : apteque de Virginis Sponso castissimo, dicitur laus, quod natus est homo; quia ab ipso principio nativitatis, adeptus est in posterum usum rationis. Sen- sim per tempora mentis acies diluiscit; & in multis dum prodit, advesperalit. Orbita annorum volvitur, tempus labitur, ut ho- mines intelligentiam consequantur; & con- sequentes numerentur inter homines : at Ioseph natus est homo, destinatus singulari ministerio : quia quodcumque homines nan- ciscuntur ex tempore, habuit à nativitate. Deinde : Analogiam Iosephi, & Iosephi con- sultò dixi. Analogia est convenientia aliqua, cum diversitate. Unde est utriusque singula- re encomium; Sponsi Virginis rutilat mirabi- lius privilegium : siquidem ulum rationis, quem ille natus obtinuit in regimine; iste pro munere adeptus est ante nativitatem. Ideo natus est homo; cum primùm in Iose- pho floreret ratio.

Habuit
usã ra-
tionis in
utero ge-
nitricis.

Mirabi-
lis puel-
læ giga-

Nemo natus est sicut Ioseph, qui natus est homo. Homo gignitur secundum genus suum. Ioseph ita gignitur homo, ut degener appareat, quanvis nature suorum mirabiliter respondeat: verum quia mirabiliter ab incu- nabilis dotibus excellit; infantem, hominem contemplando, non agnoscit: quoniam homo miratur (cum ab exordio insignia dotum in lucem producantur) quod homines adeo in- signes ex hominibus nascantur. Supra at- tatem, supra naturam specimina excellentia eminent, & sine floribus spei fructus indolis ubertim apparent. Ex hominibus in vitalem auram eduntur pupi infantes, haudquaquam homines: & in portentum infantem Ioseph hominem natum præconizat Ecclesiastici au- ctoritas; siquidem ad curendam viam regi- minis, etiam ab utero exultavit ut gigas. Gi- gantes resurgunt, dum parvuli vagiunt. Ecce Iosephi commendabile encomium: minima videretur magnitudo vel in parvulo, nisi præ- excellentiã tantã vigeret ab utero.

Ambro-
Commẽ-
dabilior
sanctitas
incipiunt
à sum-
me.

Nullatenus homines in ortu nascuntur: nascuntur dum sunt magni. Non magi na- scuntur, sed qui processuri in homines per virtutes, ut fiant & homines magni: unde de Principe Iosepho meritò dicitur, quod natus est homo; quippe minimè facinora rutilarent præclara; nisi pro commendatione inciperent à mamilla. *Probat enim viri genus, virtutis profapsia est: quia sicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes sunt.* Ita Ambrosius lib. de Noë & Arca cap. 4. iam ergo patet quo pacto homines, & infantes nascuntur, & quomodo nati nascantur: ex hominum genere nascuntur pupuli: ex virtu- tum profapsia homines magni: & tanquam

de pupulo homine magno (ut patet) dicitur, *Ioseph, qui natus est homo*; igitur à tenentis unguis obtinuit feliciter perfectionem, quam alij & laboriosè adepti sunt per naturam, & ætatem. Ibi igitur fixit exordium, ubi alij, at- que alij invenerunt extremum.

Opti-
mulo
undecim
qui dege-
nerat.

4. Ut ergo gradatim accedamus inten- to, & acumen auctoritatis percipiatur stylo, considera in Protoplasto totum Deum occupa- tum; & oculis ac manibus incumbentem in fragile mirificum opificem. Terit primum opus, quia ex nihilo condidit; plerumque sic conditum opus excidit, & factiosi eligunt tumidum ducem, perditionem esse in benefi- cum auctorem. Considera totum Deum oc- cupatum; sed *Complexit opus suum, quod fe- cerat, & requievit.* Hominem & requievit? Laboraverat? Laboravisse per Antropopa- thos dicitur, ut homo o plenus dotibus fir- gatur. Quale opus homo insignis! *Nec dicendo fiat, laborat* (ait August. lib. de Genes. ad lit. cap. 8.) *sed forte dicitur laborasse, cogitando quid faceret.* Ah! Et imprudenter pro minimo iudicatur ab homine, quod homo qualis qualis suscitetur ex stercore! Opus eximium Dei est hominis studiosa formatio. Qualis ne erit in homine hominis conditio sine studio? Con- sidera totum Deum occupatum, laborantem. Laborat: quid faceret, cogitabat. Cogita. Divinus sibi blanditur homo factus (Hisp. *Si le hazevos hombre, endiosavase*) & potius propensione terræ consulat phantasmæ lubidinis, quam sibi ipsi, & auctori maiestatis. Hominem fingebat, & cogitando meditabundus la- borat: verum quiescit. Quare? *Fecerat*, di- cit Moyses, non creaverat: creatio ex ni- hilo est, conditio ex aliquo fit: & factio ho- mine, licet ex pulvere, & argilla terrestri, in cuius opere cogitando laboraverat, quies- cit & volupè; quoniam quidem auctori nulla placidior electio, quam quod ex ho- mine conficiatur homo. Ideo in homine fa- ctum astruitur opus suum, & opus com- pletum: siquidem nisi fiat ex homine homo factus; labitur uti imperfectum studiosissi- mum opus. Hoc igitur opus, ut homines fiant, & ut super apicis candelabrum iugi- ter luceant: homo magnus est homo; ho- mo sine hominis instrumentis homuncio: sic magnus ex se, fiat homo ab alijs: & cum aliorum argilla, ita à seipsa deliscit ratio- nalis natura: ut fiat ex homine culminis mag- nitudine pygmeus, & ex infante alter homo magnus: si non magnus, non homo; quia sibi ipsi ipsi quidem desideratur formatio.

Genes.
2.2.

August.
Forma-
tio homi-
nis opus
in signu.

Electio
hominis
ex præ-
supposita
subiecti
spectabi-
li.

5. Periodus inaudita fultis videbitur, imò quoddam impossibile, ut homo fiat ex ipsomet homine. Attendite: & redite præva- ri-

Senec.

Homo fit
homo per
se.

Psal.
86.5.

Eccle.
18.4.7.
Homo co-
summa-
tus, est
homo.

Geneb.

Homo in
dignitate
homo fa-
ctus de-
bet esse.

Geneb.
2.7.

ricatores ad cor. *Sententia familiariter in animam hominis recepta, formant eum*: docet Senec. *Epist. 94.* formant, vel informant? *Formant*, ait; informatio dat esse homini, informatio supponit esse constitutionis: & eleganter dicit Seneca, informationem intelligibilem esse for- mant rationalem; igitur parum inter homi- nes interest, ex quo homo factus, & magni ha- bentur, ex quibus fit homo magnus. Duplici- ter formatur homo, & cum informantur, & cum formatur. Nisi informantur formati, ten- dunt in animalia; quia in ignorantia sepeli- tur rationalis creatura: atque quodcumque congruit formæ constituenti apte conceditur ratiocinationi; siquidem inane signum, quo innoscit hominis suapte formatio; & sanè mirum, quo cognoscitur homo. Primum opus natura clarè: secundum eminet: quo- tiescumque sibi ipsi debet, ex quo rutilat, proficit: & seipsum proficiendo meditanter constituit: sitque homo ex homine, & magnus homo; quia fit ex se præsupposito subiecto.

Diluceat Scripturâ sacrâ, quod vel cæcitiens contemplantur Seneca. *Homo, & homo natus est in ea.* Duplex homo? Nihil minus. Unicuius homo. Quomodo igitur ho- mo & homo? Perpende: *Cum consumma- verit homo* (Tigur. *Quem consummatus fuerit homo*) *tunc incipiet* :: *quid est homo?* q. d. per Hyleron. proteron: *Quid est homo?* Sub- datque: *cum consummatus fuerit homo, tunc incipiet esse homo*: quia non homo ex ho- mine ortus, sed qui est homo consumma- tus. Est homo per animam formantem, & homo per informantem rationem: & dicitur homo & homo; ut hominis cognoscatur magnitudo: quando quidem nequiquam illud protrivit per ignorantiam, nobilissi- mum esse, quod accepit per naturam.

Deinde: *Homo & homo.* Natus est ho- mo, ut fieret homo. Verum quo pacto? *Ho- mo, & homo, id est magnus, insignis*: inquit Genebrardus hic. Nascitur homo, cæterum usquedum insignis evadat minimè nascitur: quippe ex his, quæ postmodum consumma- verit ratio; inseritur necessariò, *In homine natus homo.* Ex non homine non fit homo, ex homine fit homo insignis: & signanter di- citur homo, & homo; ut indicetur inter ho- mines singularis electio: siquidem ut insigni- ter luceat in dignitate; homo factus debet esse: & animus auctoris placide quiescit; dum hominem factum facit.

6. Hic est scopus: quantuncunque cursum sectamus, nullatenus propositum (ut vide- bis) intermittimus. Perpende. *Formavit* (In- fit Moyses) *Dominus Deus hominem de li- mo terra, & inspiravit in faciem eius spi-*

ritaculum vita, & factus est homo in animam viventem. Diligentè observa: *Formavit ho- minem, & factus est homo.* Homo fit, ut for- matur: quia enim via præsupponitur forma- tio, & post illam factus homo: Dotes signatè homines magnos, quibus sunt homines; cum speciale fit fieri, & universale nasci: & homine ex dilectione formato, additur, *Factus est homo*; quia rutilat fabrica, præsup- posita electionis apta materia: dotes comm- endatione perfectius homines faciunt, quam patet queis constituuntur; & reuocet sine dubio spectabilis formatio, si eligitur palam plenus dotibus homo. *Dialecto nostrâ: Las prendas forman al hombre; y entones se haze, si se haze, un hombre de prendas.*

Forma-
tione
dotibus
informa-
tur.

Pater ex textu. *Formavit Deus hominem, & factus est homo.* Non est homo formatus, & natura factus, nisi factus. Non est homo, qui à natura, sed qui ab intelligentiã Ada- mus quippe ex formatione tantum erat statu- tua. Animam in formatione non habebat. Erit igitur homo, qui animam habet, qua- si non haberet? Erit, dum animæ otiosæ æternitas ita concipitur, quasi cum corpore immortalis moreretur? *Inspiravit Deus in faciem hominis formati Spiraculum vita, & factus est homo.* Iam informantur spiritu. Hic est homo. Non prius quod spirituale, sed quod animale: verum non dicitur homo factus, quousque illi dominaretur spiritus. Conces- sit supellectilem Dominus rationalitatis, & apparuit facies hominis.

Homo fit
ritalis est
homo.

Ad quid, inquires factus? *Ut præsit*, dicitur. Iure. Formatur, seu disponitur ex li- mo materia in hominem, quæ ut subiectum, receptura erat animam rationalem, à qua tanquam à principio oriretur vita & intelli- gentia, & omnia bona pariter cum illa. Præsit statua? Nec movetur. Perperus su- perior immotus, imò insensibilis, & insensa- tus. Constituitur elegans eformatum figmen- tum? Ad dominationem ludicrum simulachrum. Deus, qui cuncta moderabatur, suc- cessorem hominem eligit, qui animalia cun- cta subderentur: & ex homine formato ab illo, factus est homo; ut electio fieret ex præparata materia, præsupposito subiecto. Sub- iectum voco, & materiam meditanter de- signo; ut auctores abigant ambitionem de- testabilem: materia siquidem non habet actionem. Limum quamquam haberet ad cor- pus completum hominis? Nil amplius exquir- ritur, quam potentia obedientialis.

Geneb.
2.26.

Ut supe-
rior exi-
stat, ex
hominem
fiat ho-
mo.

A. B. r. io
perfora-
gitur.

7. Modò dilucidatur testimonium Si- rach, quod posuit in Ioseph. *Natus est homo, princeps fratrum.* Id est *ut fieret princeps fra- trum.* Alap. hic. Optime. Causalem diligen-

Eccle.
49.9.

Natura producit sapienter in principibus

Genes. 41. 38. 39.

Psalm. 86. 5.

In superioriorum dignitate constituitur homines dotibus superioribus

Eximie laus Iosephi.

ter observa: *Ut fieret princeps fraterum, natus est homo Ioseph.* Nascuntur homines, sed nullatenus sunt homines, ad quod nascuntur; iccirco non sunt homines, quanvis formentur: e quidem pravaleat licet electio, ad regimen non est homo. Nati dicuntur homines, homines prudentes, eiusdem & naturae superiores; quia qui homines sunt, ipsa natura producit, ut dominentur: atque in ortu Iosephi asseritur, natum hominem: quia ipsemet dotibus nascebatur in principem. *Num invenire poterimus talem virum? Numquid sapienterem, & consimilem tui invenire potero?* Dixit Pharaon. Nullum scio. Coniectura consultiissima Regis. Bene se gerit in habentis regimini. Sibi, electo, & populo sapienter consulit: igitur sit solemniter electio, de illo qui natus est homo: & suscitatus Rex constituit principem hominem, qui natus in principem. Ecce *Homo*, & homo natus: quod supra exposuimus. Verum non dicitur *Ex ea, sed in ea.* Sat: *Homo ex ea, & homo in ea:* describuntur sapientes, qui nascuntur, & sunt homines: qui nascuntur, formantur ex natura; qui vero sunt, in natura nascuntur fratres fraterum; sunt, principes fraterum: & Ioseph spectatur princeps fraterum constitutus, siquidem homo natus; quoniam illius magnitudo non est nata ut subiciatur, sed ut omnibus ex merito dominetur. Vel ad ampliorem Iosephi gloriam exponere, natum in natura humana, & ex natura. Ex natura, ut homo; in natura, ut princeps. Ex natura in hominem; in natura in principem: & pro illius commendabilis gloria, non dicitur homo & homo ex ea, sed feliciter in ea; quippe Princeps venisse deaurat superiorem dignitatem, dum eligit eadem natura, quem ipsa dedit omnibus superiorem. Si alterius naturae esset, commendabilis nasceretur, sed hominibus non ita mirabilis videbatur: quod in natura supra naturam est, magis ac magis hominibus spectabile fit: & de Ioseph asseritur, quod ex ea, & in ea nascitur homo; ut altius eius eximia commendaretur magnitudo: cum supra artem ex eadem deinde mansa, exurgat in fastigium tanta excellentia. Prodigium sane, ut etiam in die natiuitatis atas inciperet perfectionis, ita ut minime posset concipi natus, quin perfectus: & sciat natus, vel ab utero in principem, quod alij, si alij, didicerunt per artem. Natus est homo Ioseph in documentum, ut erudiret principes, sicut semetipsum. Homo & homo: secus autem quid est homo? Homo & homo, sicut Adamus, Homo factus, & homo factus. Homo, qui incipit, cum consummatus fuerit: siqui-

dem regere incipit utiliter homo factus, cum fuerit homo consummatus, & perfectus.

8 Narrationem ad Adamum dirigere opus est. Homo fit. Alia verbo, homo manu. Neutiquam quia extensione manuum fiat homo aptus ad mundi regimen, & homo non fit, quisquis hominem non habet: sed quia plus operibus, quam verbo indiget auctor, ut perficiatur homo. Erat homo verbo tenus, verbo formatus: & solidissime falsosus auctoritate praesidem constituit, quem hominem verbo facit. Adamus homo fit: & fit polica quam formatus: ceterum in regimine non affamitur, donec homo formatus consummaretur. Consummationis igitur videtur finis, cum consummato creduntur septem dominationis.

Cetero: Acie mentis dirige in isthuc hominis conditionem. *Formavit Deus hominem, & factus est homo.* A Deo dicitur factus, dum intus habuit rationem; non quum exhibuit speciem. Nec effugit electus sapiens formationem: manus opificis, quia ex supposito subiecto fecerat constitutionem hominis: imo magis constituitur esse nobile signum; quoniam divinitus ex disposito factum. Cautio vanitatis tintigne (ne electus formationem iniecerit) facit in auctoribus, ut non fiant, sed ut electi formentur: falluntur cavillulis. Factus est homo post formationem hominis. Homo est, & electione fit. Si creaturam interdis; in homine factio nascitur. Creatura relucet in formatione, ostenditur in dignitate: & quod consilio, & prudenter eligitur, plusquam formatione, electione formatur.

9 Congrua auctoritas in Deitatis encomiaste choro: sic enim personat. *Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.* Si creatio est productio ex nihilo, & erant; non erit creatio. Quo acumine existentia, & creata ex nihilo peticiuntur? Aliqua diximus. *Didasc. 2. nam. 5.* Qui fecit, sibi elegit; & ad peculiare ministerium cuncta constituit. Si non essent, nihil essent: atque suspiciosa electio, quae fit ex nihilo. Optima iudicatur, quae fit ex supposito subiecto; & in hominum phantasia coactionem, ut cavillationum inanum respiciant; creata dicuntur omnia, quae tamen erant: quippe denuo creantur, dum eliguntur.

Perpente. *Creasti omnia, & creata sunt.* Creatio subsequitur creationem? Esse additur denuo ad esse? Minime. Quo ergo pacto creata creantur? Eliguntur: & asseritur nova creatio prudentissima electio. *Creavit Deus hominem,* inquit Moyses. *Ex limo formavit*

Genes. 2. 6. 7.

Non fit homo verbo.

Genes. 2. 7.

Quia non creatio, sed factio minime obliuiscitur beneficij signum.

Apoc. 4. 11.

Electio fit in homine.

Genes. 2. 7. Genes. 2. 8.

Genes. 2. 6. 7.

Qui creatur ut dominetur dominetur, si creatur.

Honor essentia meritoria dicitur.

Indigni in electio ne creatur, quia dotes non supponitur.

Dum decorantur meritis, electus erit nova creatura.

mauit, subdit. Si ex limo formavit, fecit: cur ergo dicit, *Creavit*? Praesidem omnium constituit: homo formatur, ut praesit: post formationem, & anima informationem, dicit illi: *Dominamini*: alitruetur hominis electio in praesidem nova creatio; quia homines facti creantur, cum ad dignitates eliguntur.

Praterca. Nova creatura erigitur in terra, ut dominetur. Creatura? Ita. Quid mirum, quod electus invertat fraudibus influxum artificis; dum ipse auctor sibi iura retinet dominationis? Si creatur, ut dominetur; dominetur, qui creatur. Erigatur ut praesit, quem ad praesidentiam generalem, quicunque creditur dignitatem, constituit: siquidem non qui creatur creatura est, sed qui eligitur, ut praesit ex quo erat, iure fit.

Creatur, & creatur. Bellè. Esse hominis prudentia maxime cultum, dotibus eleganter venustatum, gratis plenum, meritis lucidum (sicut Adami erat, & par illi, qui formabatur in praesidem) non est esse, donec sublevetur ibi, ubi proficit: creatio ad esse tantum sibi splendorem admittit creationi: ad splendorem (est fiat) accipitur, quasi ex nihilo auctor producat: & consulo asseritur, Deum quae erat in homine ex nihilo condidit; quippe electione in praesidem perhibetur, sublevalle.

Et compungatur dignitatum ambitio peccata, exponitur in terminis fatigatum essentia. Homo conditur, cum vivificatur: & dicitur conditus, sive creatus, dum in praesidem eligitur. Elevatio creatio est, vita censetur electio, ut fiat homo. O miseri! Vita est dignitas ambientibus; quia pro illis moriuntur, & sine illis. Creatur homo, id est, esse naturale constituitur: posteaque illud quod erat, creatur; quia nihil hominis remanet in ambificio homine, sine honore, ac dignitate. Hac est forma, quae post formam hominem informat, & acceptam perpolite venustat, quasi splendor splendoris, & dignitas dignitatis: ad quoties ambiunt huiusmodi honorem; cunctis exponunt nativam indignitatem. Creatio ex nihilo est: creatur abidubie qui sine dignitate nihil sunt. Patet: si dotes defunt, in electione palam nihil supponunt.

10 Ex flexu fecunditatis testimonij ad propositi regiam viam, quasi è rivalis ad alveum; cursum intantum feliciter abolvere, iudicabitur opportunum. *Creasti omnia* (affirmat erant ordo) & propter voluntatem tuam erant & creata sunt. Quomodo si praesupponit materiam, è nihilo Deus condidit humanam naturam? Si subiectum actionis praescribitur in Adamo, quomodo factus ex nihilo? Electio est, hominis digni creatio. Sit. Materia electionis eligendi, dotes sunt.

Tom. I. Taut.

Si dum eligitur erant, & eliguntur; qui electi sunt, creantur: quoniam satis opifici ascribitur creatura, dum dignitates decorantur & merita. Hisp. *Melior se logra la criatura, quando el merito se premia.*

Electorum punguntur corda (hoc vanitas est, & afflictio spiritus voluntaria, siquidem èd frustrantur, & à cogitationibus suis decidunt; quò plus studiosa falsificatis fatigant) ex somniata periculo ab assumpto successore deludenda intentae actionis; si ex his quae erant, electus concipit assumptum fuisse ad fastigium dignitatis. Tradidit illos Deus in reprobum sentium, ut faciant ea, quae non conveniunt diciturque creasse, & ea quae erant; ut homines istiusc. fatuitatis ponitac: quandoquidem erigitur rationale simulachrum, novum figmentum, ex suppositione dotum.

Erat & creatur. Erat homo optimis instrumentis imbutus, & propter hac ante electionem electus; quia dignitas exquirebat merita, ne querebantur repulla. Electus creatura est illius, qui tribuit honorem. Electus adipsilcreatur, quam possebant dignitate: & auctor creator dicitur, ut quaeque ex nihilo condidit hominem, plauditur; quia claris meritis, disposito subiecto, & praesuppositis dotibus homo factus, honore factus est homo.

11 Mansit homo praesens. Ceterum quid dicit Moyses? Sanctificavit Deus diem septimum: *Quia in ipso cessaverat ab omni opere suo, quod creavit Deus ut faceret.* Cessavit, ut faceret? Quid facturus, si completum omne destinatum opus? Quia conservavit, moderando quod fecit? Multum interest: parvi nanque momenti, si statua rationalis constatur, nisi impense conservetur. Delerentur quam multi, si postquam facti ab auctorem voluntate penderent; subducitur posse, & iures solanturque se fumo naris, flatu oris: maleque patiuntur, quia nullatenus laborant auctoritate. Ad huiusmodi vomicae, recipe mentis terpepulcum cum pulvisculo, *Paniet me fecisse:* cordolio siquidem salutare expertum, si nequeas delere: & licet possis, in obsequium pacis.

Ad rem ergo. Habenas regimini (quasi ut quiesceret Atlas Herculis virtute, cessante ab opere, dum affant regit) homo cunctorum praesens feliciter fumpit. Remuneratus est tot dignitatis, quodcumque electus meritis fuerat eximijis dotibus. Munera ipsa praeserebant preclarissima merita: quod Deus fecerat in homiae confirmavit, quem quidem omnibus superiorem constituit. Respondit expectationi auctoris, & decori credit dignitatis: ut Deus ut dignum electum in culmine vidit; cessat ab opere, ut faceret: quoniam

C c

NS creatur ab hominibus homo, dicitur indignus ad dignitatem creatur.

Optima electio, dicitur fit homo ex homine factio.

Genes. 2. 3.

Phantastica vanitatis me Alcamen.

Condatur quicquid ut digni electione probatur.

quidem ut opus electionis constituitur, quicquid ut dignum electione probatur. Fecit hominem ut faceret; id est ut hominem superiorem eligeret: vocaturque in electione novum figmentum; quia sine homine praeside, nihil factum est, quod factum. Ad hominem spectat exercitium, quia regi, & regere, munus est rationalium: splendor dignitatis fascinat sine homine, qui quidem a Deo fit, ut fiat; & electio Dei undecunque clarescat. *Faciam vos fieri*, suum diem habebit. Ita iam modo audias.

Isai. 28. 16.

12. *Ecce ego mittam* (inquit) *in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundamentum.* Hyperbaton scripturae singularissimum. Si lapis fundamentum, haud facile collocabitur ut saxum fundatum. Fundamentum non fundatur, sed est in quo aedificij machina nititur: cur ergo dicitur fundamentum, quod superimponitur; & fundamentum fundatum, super quod moles superimposita surgit in aera? Quia plurimorum hominum sit fastigata constructio, etiam sine fundamento, & pudore merito in fabrica dignitatis aspicitur; cum eorum fundamenta revelantur? Uctiam non? Aedificant domum animarum ex abrupto, super futilem terram sine fundamento: atque insana moles, machina superba, nescientibus opificibus, ad nihilum sunt redacta: vento enim fertur, & rapitur quicquid vento molitur; ut discant qui cogitant magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogitare dignitatis. Fabrica ergo ante celsitudinem non rudibus, sed maxime fundatur; ut fastigium post fulcimen erigatur.

Erigen- tur indig- ni etiam sine fun- damento.

Triplex stella super scapum in marmorea basi, seu stylobate, cum epigraphae, *Sic immortalis*: quasi insigne Vincencij Gonzaga ad Cardinalatum dignitatem assumpti meritis; ab Octavio Strada profertur in Symbolis. *Tom. 2. Synb. 30.* Ut luceat lumen super candelabrum, opus est fundamento merito- rum. Quo ardet extinguatur, nisi dotibus lucerna eminentia soveatur. Dum florent promotionibus spectabiles dotes, fulgent docti sicut stelle in perpetuas aeternitates: & sic immortalis splendor stellarum merito dicitur; quia dotibus & meritis splendor excellentiae, & honoris fundabatur. Perperam ergo micabit indigni lumen factum, si denudetur *Fundamentum eius usque ad collum.* Cur ergo collo renus, & non capite, cum caput licet percussum memoretur? *Ps. Percussum.* Alij legunt *Perforatum.* Caput perforatum est crebrum vacuum; & caput non est caput sine cerebro. Optima indigni descriptio! Vanitas,

Osav. Strada. Prælati dignus, immortalis.

Habac. 3. 13.

Vanitas inflabilis

fastus, & splendor dignitatis extollitur; qui sulcrum habeat, super quod firmetur.

13. Iam igitur acumen fundamenti fundati in erectione fabricae rationalis simamur. Non qualis qualis, sed pretiosus lapis eligitur, super quem dignitatis fastigium speciosè sublevetur. Decrevit Deus electione fabricare mirabiliter aedificium, & mittit lapidem pretiosum in fundamentum, & fundamento fundatum (intelligas Christum, post huncque Petrum Vicarium) fundamenta dotes, & merita sunt: fastigia dignitates & potestas honoris: atque mire dicitur fundamentum & fundatum; ut lapis rutilet in dignitate pretiosum: siquidem clarescat concessa culmina; cum videntur meritorum fundamenta. Bene enim digni iudicantur delecti, cum fulgeant in electione tanquam lapides pretiosi.

Pffixi Christum & Petrus.

Digni lapides pretiosi

Utrò: electiones mortis & interni quas fecerant Israelita, sanat Deus electionis medicamine. Vos posuistis mendacium spera vestram, & mendacio priore protecti estis. *Uctiam ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem fundatum, &c.* Fundamentum subijctur, lapis pretiosus in fastigio collocatur, & ut spectet electio, & asidet lapis in fundamento fundato: non tantum quia qui deperdit, factus est in caput anguli; sed quia ut commendaretur caeliis aedificium, delegit in culmen pretiosissimum subiectum.

Uterius. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris; quia ex diametro distant nostrae cervicosa electiones ad nitorem dignitatis. A Domino factum, ut ipius electus agnoscat figmentum: ut cum ut hoc mirabile fiat, oporteat ostendere, quo electus lumine fulgeat; lapis pretiosus ostenditur, in cuius momentis delectus iure fundatur: quippe non ut elegat eligat, sed ita electio aptatur rationi; ut illico quam in digito ruralit dignitas, appareat perpenda meritorum pretiositas.

Super pretiosita- tem do- tium erigi- debet di- gnitatis fastigium

Denique intentum ingenium. Palsina invenies apud Patres & Expositores in hunc locum, his verbis significari Verbum hominem futurum, quod quasi lapis pretiosus abscessus de monte divinitatis, contritum erat dextre statuae phantasiae demonis. Ergo lapis pretiosus fundatur, & inest pro fundamento, ut filius Dei significetur factus homo. Perquam apte! Electio hominis (ut dixi) structura est, siquidem per illam fit: mirabilis certe, si Instrumenta respondent dignitati: atque lapidem pretiosum fundamentum & fundatum caeliis dotes designant; ut homines hominem in electione ad culmina faciant: siquidem homo electione dignitatis erigitur: dum electio in meritorum pretiosi-

Homo est digne electus, & electio sua per merita in fastigium

fate fundatur. Ad Principis Apostolorum gloriam, aliquando exponetur testimonium.

14. Oritur hinc ratio, quae videtur hominum simulachra, siquidem tantum electione coacta. Minime pro fundamentis iacitur lapis pretiosus fundamentum, & fundatus. Secus constituitur; perperam cogitatur: igitur dignitas sine homine; praecellet aedificium sine fulcimine. Fundamentum est volupras, quod fundatur, est maiestas; in quo eminet, emendicatorum suffragiorum auctoritas. Omnia sine homine nihil sunt: licet aedificium sit, evanescit quicquid erigitur beathijs, confurgit votis, & fundatur cupidis. O pellis vento auctoritatis inflata! O abrupta praecipiti studiose dementia! Construere, & firmare intendis dignitatis successorem; & posuisti firmamentum eius formidinem? *Formidinem* apte dicit: quod Nostrates: *Espantajo, vraya, coco*: siquidem satagens construere iustissimi aedificium; arte mirifica machinatis embolium.

Indigni electio non electio, sed firmido.

Psal. 88. 48.

DIDASCALIA VII.

Clementia potissima dos in Principe.

Pomp. Lat. Psal. 144. 9.

1. **A**t Pomp. Latus in Dioclet. Aptius Propheta Regius: *Miserationes eius (Dei) super omnia opera eius.* Ita exclamat qui tantam expertus, quasi e fonte rivulus, multitudinem miserationum. Omnes siccae venite ad aquas: haucietis nix & fontibus Salvatoris, & ebullientem stigmatibus copiam, quae fit profecto aquae salientis in vitam aeternam. *Miserationes eius super omnia opera eius.* Cuius ergo? *Eius.* Cuius? Subintelligitur: opus igitur conversionis animae rationalis, cuius nisi Dei conditoris: Mirificis Deitatis operibus aberat mirabilis, quod usu perciperet homo lapsus. *Ratio naturalis magis assensit creationi, quam conversioni:* ait D. Thom. 4. *Sen. distinct. 8. q. 2. art. 3. ad 2.* Quia facilis percipitur productio ex nihilo, quam transformatio; non ita facile ratio assensit conversioni, quam creationi. Quid: Formatio hominis peregrinum opus Dei, verum non maximum, prout relucet conversionis beneficium: unde plus laudis, quia magis singularis erga Deum habet hominis conversio, quam eius spectabilis creatio: siquidem cum hic potentiam, ibi exprimat misericordiam; cognoscit homo transgressione lapsus, misericordiam profecto super omnia opera eius.

Miser cordia Desu- per omnia opera.

Quid.

Quid quis est maior, magis est placabilis ius: Tom. I. Taut.

Et faciles motus mens generosa capis.

Ita Ovidius lib. 3. *Trist. Eleg. 5.* Munus speciale Dei est, & quietiscit in munere. *Requirit Deus, pro Complevit* vidimus in *Variet. Lect.* dicitur. Quomodo, & quando? *Fecit opus* (ait Ambrosius lib. 6. in *Hexaem.*) *in quo requiescat. Fecit calum, non lego, quod requieverit: fecit terram, non lego, quod requieverit: fecit Solem, Lunam, & Stellas; non lego, quod requieverit: sed lego, quod fecerit hominem, & tunc requieverit.* Sed quare? *Habens* (subdit) *cui peccata dimitteret.* Peccatum perculit Deum, siquidem vox queruli, deambulantis huc illicque, auditur; quasi animus in potestate non habentis, ut accederet quod reus abscondebatur: & dicitur illius requies irretracta quies, ubi expiatur creatura rationalis: igitur ex suppositione facti quietiscit, habens ad oculum cui peccata dimittit. Quapropter non absre possumus dicere cum Hiermanno Hugone, in *Pijs Anim. desider. lib. 1. c. 8. tit. 6.*

Geneti 2. 29

Ambro.

Stemma Dei misericordiam

Herm. Hug.

Quid, quod & egregij dederim tibi muneri ansam,

Materies laudis dum mea culpa tua est.

Nam nisi peccassem, quid tu concedere posses?

Clementis nomen non habiturus eras.

Homo qui perfectus conditur, infeliciter labitur: & vas admirabile opus studiosum Dei, vel in rota confringitur. Sol, Luna, Stellaque opera digitorum suorum & lucida fiata: quouique surgeret homo, operum non fit nec recolitur completio; quia opus quo Dei intereret & hominis amicitia, est proculdubio super opera omnia. Ideo opus perfectum, dum imitatur hoc opus: igitur homine lapsus, operum canthorum extrudebatur perfectio: ac restituitur in gratiam quasi in prillimum statum; opus iuum merito pradicatur completum: quoniam complementum Conditoris opera perficientis, est manus nobilissimum, exercitium Salvatoris. Peccata dimittit & ab opere in hoc opere quietiscit: etenim Deus non quietiscit in operibus lucidis, sed in cordibus rite purificatis.

Gratia concessio, & culpa remissio, opus operum Dei.

2. Delicendum in quando. *Complevit, requieverit* ait *septimo.* Alij apud Oleastrum & D. Thom. cit. in *Exposit. liter. Die sexto.* Haud, quantum auguror, variatione. Die sexto pravaricatus est Adamus, & Deus describitur quasi commotus, & minime quietus: quia eius erat insigne misericordiae, ut urgeret compassione miseri. Non prius requies Conditoris enunciat, quam homo de lacu miseriae potenter extraheretur: atque divinus opifex quietiscit; signans opus affabile post transgressionem perfectum; & peccatum condonatum.

Oleastr.

Requiescit Deus post peccatum condonatum.

Occurrit placidissima conversio Pauli celebrata ab Ecclesia, quam habes *Act. cap. 9. & 22.* tanquam opus Dei mirificum, vel quia in ipsa intentione peccandi voluntas eius conversa, ut subito a Deo honestaretur pauperis, id est, peccatoris anima. Ita opinatur D. Thom. 1. 2. q. 112. art. 2. ad 2. & 4. *Sent. distinet. 17. q. 1. art. 2. questione. 1. ad 1. arg.* Vel quia converti ex simplici voluntate Dei ad summum bonum, astringit singulare privilegium: docet idem Angel. Doct. *lib. 3. Contra Gent. cap. 161.* Celebratur etiam Doctores Gentium conversio, plusquam miraculum à Bernardo *Serm. de Eiusa. Convers. Maius prodigium, quam Lazari resurrectio, & luminum concessio cæcigeno, à D. N. Gregor. lib. 3. Dialogor. cap. 17.* Remigio Antiodorensi in *Psal. 25.* & ab Augustino *Tract. 27. in Ioann.* non per epistolam, ut cuidam clarissimis Commentatori placet. Ab omnibus fere asseritur, *Maius divina potestatis opus esse, ex impio probum facere; quam mundum universum ex nihilo condere.* Confule eundem *Serm. 9. & 10. de Verbis Apost. Mutuam mundum universum? Planè. Hæc mutatio dextera Excelli. An oris & pietatis divine ingenium exprimitur, dum unus duntaxat homo sui utilitate convertitur: diciturque mirabilior conversio subita Pauli, mirifica fabrica totius utrunque universi; quippe assilam pluris, quam (si suum non esset, cum condidisset) lucrari universum mundum & animam hominis non pati pro merito detrimentum. Hoc insigne Dei. Intende.*

Cur mirabilior conversio Pauli D. Th. Bern.

Greg. Magn. Remig. Antil. Aug.

Idem.

Eximii opus Dei conversio peccatoris.

Exod. 20. 2.

Et gloria maxima.

S. Ben.

in *Prolog. S. Regul. dicit: Hæc ego. Nolo mortem in ipsi. Ubi hominis in ipsebi mutatur status; cognoscitur amplius, exaltaturque Deus.*

Ego Dominus Deus. Ego sum. Hic exponitur definitio Deitatis, quasi expressione nobilioris stentatis: igitur latius cognoscitur maiestas divina, educendo animam ex peccati tenebricola custodia. In Ægypto servitus tundebatur, quippe servus diabolus dominus. Ibi crebris occasionibus idololatriæ, periclitatur contenti ravis fidei, inminente amissione celestis gloria. De servitute & periculo educitur: & de hoc uno Deus signatur inter tot prodigia gloriat; quippe nullum natus in Ægyptum, nec beneficium; quam mihi et servitute gratis educere, ubi scilicet ab aeternitate perditum fuit.

Miraculorum aliorum sortium multi confortes, siquidem Deus in Sanctis relictur admirabilis. Conversio animæ gloria tantum Dei est: gloriam suam alteri non dat. Precibus propendit, sed ipse facit; ut ostendat thesauros implicitæ pietatis, & viscera facia sagittantis an oris: quandoquidem sibi vendicat, quo nobilitas iniuriam illatam vindicat: animas, nimirum, hominum educere à perpetua servitute: & vindicari ab aeterna damnatione.

Ratio ad manum habetur. Oportebat in tantis ac talibus signis, quid apponere, ut magis appareret sublimitas maiestatis, quam homines rebelles agnoscerent, si vellent; vel velint nolint. *Ratio naturalis* (ut diximus ex D. Thom. n. 1.) *magis assentit creationi, quam conversioni.* Educcio hominis à captivitate peccati conversio est: parratio miraculorum ad summum creatio sui: & minime tot signa in Ægypto facta, sed corda à servitute in libertatem conversa, meditante assumit in pectoris æstantis demonstratio nem; ut liberti rimentur spectabiliorem Deitatis maiestatem.

4. Modò aperitur magnitudo miraculi conversionis Pauli. An quia *Novus homo, & nova creatura?* Ecce, dixit, qui sedebat in throno, *nova facio omnia.* Paulum ex Saulo, & agnum è lupo: quia non ita magnum creare agnos, quam lupos convertere in agnos & repente mansuetos: ideo ut rutillet miraculum, mittuntur agni in medio luporum. *Quid me vis facere?* dixit: *Verbum breve, sed plenum, sed divinum, sed efficax, sed dignum omni acceptione:* exclamavit Bernard. ubi supra. *Quare?* Quia pondus considerat precepti incumbens; & nequequam quæ voluntas preceptoris? Arbitror in ly. *Me latere secretum. Me. Ipse, & alius. Nec fanè*

Ezech. 33. 21.

Dei gloria gratia, occasio amove, ubi necesse perire.

Liberare à culpa Dei tantum esse.

Maisaii singularis Dei est educio hominis à peccato.

Eph. 20. 15.

Galat. 6. 15.

Apoc. 21. 5.

Act. 9. 6.

Obdientie nra. Bern.

Paulus, qui Saulus in conversione homo natus, ipse & alius

def.

despicibilis magnitudo, quòd sit ipse novus homo. Plaudatur ergo mirabile, quòd sit ipse. Ipse est Paulus facie, sed non corde. Ulterius, pateret transitus, nisi exprofectio facturi *Tautolog. 5. Didasc. 20. & Tom. 2. Taut. 1. Didasc. 10.*

De se interrogat, quia amittit esse. Messala Corvinius Orator sui nominis in memor dicitur, à Plin. *lib. 7. cap. 24.* Nomen conversi Saulus est. Quid ergo erit aobis dicitur Paulus. Nomina magna fuge. *Quidam* (ait idem ibidem) *ex praelo teo lapsus, matris & affinium, propinquorumque cepit oblivione.* Ecce mutatio Sauli in Paulum alterum vi-rum igitur cadens in terram, surrexit, ex praelo teo præumptionis lapsus, apertique oculis; matris Synagoga, affinium Scribarum, propinquorum contribulium, quos cæce noyerat, nihil videbat. Vide pulchra apud Levinum Lemniæ Medic. *de Miraculis Nat. lib. 1. cap. 13.*

Nota ad unguem Hippocratis aphorismum. *Ab infantia, quam Græci Maniam vocant, hydrops, aut ecstasis, bonum:* hæc ait medicus Primas. Alcius medetur, qui dicit: *Ego Dominus sanator tuus.* Si bonum hydrops, & ecstasis, utrumque optimum. Ab infantia propagandi circuncisionem, adhuc spirans minas & cædes veritatem amantium; pro delegatione accessit ad Principem Sacerdotum. Decidit in ecstasim, seu mentis raptum, illo tunc elevatus usque ad tertium cælum; ut asserunt PP. & DD. vide Haye hic in *Bibl. Max.* Ad completam valetudinem desiderabatur, & hydrops, ac Paulus multò magis convalescebat, & confundebat ludæos: ita ut in vase electionis usque ad mortem, & post mortem, portatore mirifico Divini nominis; propagandi Verbum Dei non exstingueretur sitis.

5. Igitur si Pauli spectabilis conversio non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei; quid? Contemplator? *Ut ostenderet* (ait idem) *divitias gloriae suae in vasa misericordiae, quæ preparavit in gloriam.* In gloriam sanè. At quomodò ut ostenderet divitias gloriae; cum in conversione ostendat divitias gratiæ, quæ tanquam sponsa ornatur anima, ut iure portatur gloria. Inimicus Saulus erat, indignus pietatis divini: & merito conferendo gratiam, dicitur, Deum ostendere divitias gloriae; siquidem amplior non habet gloriam, quam ipsi perduellionibus concedere indulgentiam. Sine gratia evanescit amicitia: inimicus homo amicitiam Dei nanciscitur gratiæ: & meditante non exprimit gratiæ, sed gloria; ut pateant hominibus divina commota viscera: quæ quidem nullam æstimabiliorem obeunt gloriam, quam gratiæ

Christi

Messala

Corvinius

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

Paulus

hominem restituere in amicitiam. Observat Non solum dicit gloriam, sed divitias gloriae in elargitione gratiæ. Gratiam elargitur in inimicos, sed minime resistentes; thesauros vero gratiæ in homines contumaces; quod quidem beneficium vocat Paulus gloria Deitatis thesaurum: quippe nobilissimum Deitatis insigne; ipsis indignis inimicis lavere. In gloriam deputantur favore gratiæ filij peccæ, & filij gehenna. O altitudo divitiarum! O inscrutabile Sacramentum! Aptè gloriae exponuntur difficillior, quam creatio, tantis pretioso munere: quoniam gratis vasa ignominie, ex abundantia bonitatis sunt vasa misericordie.

6. Periculis ergo maiestatem in huiusmodi gratiæ, licet opprimamur à gloria. Novus homo efficitur conversio Paulus, ut exaltetur misericordia Dei; cum conversio hominibus videatur difficillior, quam creatio. Heu! Quantum scribit perpera consuetudo! Altera natura est, & difficiè mobilis à subiecto: unde in conversione admirabili Doctoris Gentium, ita Dominus ostendit gratiæ thesaurum; ut plus adipisceret honoris, quò amplioris erat conversio difficultatis. Sacramentum Eucharistiæ dicitur miraculorum maximum; quia remanet accidentia cum aliena substantia, unde signatur sine subiecto accidentia, uti species peregrina. In conversione Pauli remanet eadem substantia, & diversa accidentia. *Substantia facilis* (ait Angel. Magister, *Quod. 3. q. 1. art. 2.*) *convertitur in substantiam, quam accidens in accidens.* Quid est hoc? Prædicator, qui & persecutor? Vas electionis in Ecclesiæ structuram, qui blasphemus persequebatur Ecclesiam? Audi: *Domine* (ait Ananias) *audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem.* Quanta mala! Multa. Accidens in accidens conversum est, in quò liquet difficultas; ut in difficultate gloriae & gratiæ rutilaret efficacitas. Ex malo repente bonus, & ita bonus, difficiè apparet: in ipsa intentione & proposito mali, impossibile ostenditur; siquidem fieri non potest ut accidens in accidens convertatur: at ut ostenderet divitias gloriae; dicenti: *Quanta mala fecit, dixit Dominus, vade:* quia tanta mala fecit, vas electionis est mihi.

7. Miracula siquidem occurrunt, & nec scit cogitatio, quam præcellunt. Fit remanente substantiæ alia Pauli natura, & apparent oculis accidentia exteriora. Additur spectabilis miraculum, dum transit accidentibus in alterum virum. Sanequam superabundans bonitas Dei ostendit divitias gratiæ, in vase indigno cervicofolo contumelie: ut eius

Deitatis insigne inimicis & indignis favorere.

Peccandi consuetudo difficiè mobilis à subiecto.

Cur in Eucharistia miraculorum maximum

D. Th.

Act. 9. 13.

De peccate in Saulo Dominus damnavit peccatum.

Dei magis in gratia præstat gloria, repugnante pervertentia.

